

- 15 Institutus universaliter usque ad certum tempus, & alius postea, quomodo succedant.
- 16 Institutus usque ad certum tempus, & quod amplius non possit esse heres, quomodo hoc procedat.
- 17 Heres an possit institui ex die, vel tempore incerto.
- 18 Heres institui potest sub conditione, & quomodo hoc procedat.
- 19 Heres sub conditione an possit hereditatem consequi pendente conditione.
- 20 Heres pure institutus an possit partem alterius instituti sub conditione habere pendente conditione.
- 21 Heres semel non potest designari esse heres.
- 22 De herede in re certa instituto.
- 23 Heredi in re certa an cetera bona veniant iure accrescenti.
- 24 Filius institutus in re certa, dato cohæredæ universalis, an habeatur pro herede.
- 25 Legitima titulo institutionis relinquenda.
- 26 Institutio in re certa, si apponatur clausula quod plus petere non possit, quid?
- 27 Verb. Relinquo, & alia obliqua quomodo accipiuntur.
- 28 Quid de verbo, Lego.
- 29 Specialitates dua an possint concurrere.

DE hac materia successione universalis ex testamento agunt latissime Menchaca de successione creatione lib. 2. §. 20. ex numero 116. cum multis sequentibus, & de successione progressiva, lib. 1. §. 3. 4. & 5. Julius Clarus, §. testamentum, quali per totum, Grassus, receptarum sententiarum, §. institutio, Petrus Gregor. in syntag. juris, lib. 4. cap. 1. & seq. & lib. 2. cap. 1. & seq. & c. 35. Spino in spec. testament. glossa 18. principali, per totam. Pichardus in titulo de hereditibus instituendis, institus, Tufchus, lit. H. conclusio. 16. & multis sequentibus, Covarruv. in cap. Raynuius, de testamentis, §. 1. & 2. Matienzo, in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat. per omnes glossas, & ibi Azeved. Menochius de presump. lib. 4. presumpcion. 8. 17. & sequentibus usque ad 16. Mantica, de conject. ultimar. volum. lib. 4. titulo 1. & sequent. Molina de iustitia, tom. 1. disputat. 154. & sequent. Alvarado de conjectur. mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. & alij plures relati per D. Joannem del Castillo lib. 4. cap. 1. num. 3.

Ad num. 1. ibi: Nam licet voluntas videatur collata in tempus, quo non est futurus dominus, & sic post mortem valet, & tenet dispensativè, &c. Idiplum insinuat communis definitio testamenti, quatenus in ea dicitur esse iustam sententiam de eo quod quis post mortem suam fieri vult, & hoc est discrimen inter testamentum & contractum, qui inter vivos celebratur, ut nondum expectata morte contrahentium effectum suum habeat, ut ait Covarruv. in Rubric. de testamentis 1. part. numero 1. versic. sub lit. præterea. Petr. Gregor. in syntag. lib. 4. cap. 2. numero. 10. Pichard. Institut. de testamentis, in rubrica, num. 6. Spino in speculo testamentorum, glossa rubrica, 1. part. num. 17. & sequent. Sarmiento de redditibus Ecclesiasticis, 4. parte, cap. 4. num. 8. & Quesada, divers. quest. juris cap. 5. num. 2. versic. Qua ratione, Matienzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. gloss. 10. n. 17. & 23. Fular. de substitut. quest. 14. n. 7. iterum Petrus Gregor. in syntag. lib. 14. n. 2.

Ibi: Ex quo titulo sequitur postea additione sine

aliqua apprehensione transit dominium, &c. Facta additione per heredem, in ipsum transire dominium, non possessionem, totum est in jure ut docet hic noster Gomezus, & reliqui Scribentes communiter, in l. cum heredes, ff. de acquirenda vel amittenda possessione, contra hanc autem solutionem videtur obitare l. 1. tit. 14. part. 6. ubi videtur requiri traditio ut in heredem transferatur dominium, ut patet in illis verbis: Et tiene mi gran fuerça tal entrega al heredero porque gana luego el señorio de ella, cui difficultati tripliciter respondit ibi Gregor. gloss. 3. omnino videndus. Ampliatur dicta resolutio, & decisio text. in dist. l. cum heres, etiam in suo herede: quia in eum non transit possessio sine apprehensione; ut contra glossam in leg. in suis, ff. de liberis, & posthumis, sequatur a Montalvo in repet. verb. investitus, docent Bartolom. ibi num. 5. Jason num. 30. & 31. Sarmiento num. 11. Gregorius in dist. l. 1. tit. 14. part. 6. gloss. 3. Suar. lib. 5. fori, l. 8. ex num. 12. & ibi Valdehum, ubi etiam ampliatur in Fisco, & Ecclesia herede, Corrañus lib. 3. miscel. in cap. 12. & 13. Gutierrez, §. sui, num. 66. & sequent. iterum Suarez, tit. de las herencias, in principio, num. 12. & sequentibus ubi Valdehum alios refert, Matienzo, l. 8. tit. 7. gloss. 3. num. 1. Spino, in speculo, gloss. 17. num. 10. Tufchus lit. H. conclusio. 19. Pichard. in dist. §. sui, ex num. 46. & vide D. Larcam decision. Gran. 55. num. 21. Noguez, allegat. 25. ex num. 185. & Salgad. de protectione, 1. part. cap. 25. num. 109. ubi quod alia est possessio defuncti, alia heredis, & Postium de mantenenda poss. observ. 55. ex n. 25. ubi late declarat, & limitat species.

Limita primò, præterquam si defunctus possidebat animo suo, & corpore alieno, ut puta per colonum, quia si colonus Domino defuncto, cujus nomine possidebat, continet possessionem nomine heredis, rectè per hoc transfertur possessio in heredem abique alio tactu apprehensionis: quod ita voce, & sententia consilij Neapolitani decisum fuisse affirmat Afflicti decis. 167. num. 5. ubi Cesar Ursillus in addition. numero 1. Gregorius Lopez in leg. 1. tit. 14. part. 6. gloss. 3. vers. Item procedit, & satis singulare & notandum dicit Gutierrez, in repetitione §. sui, num. 77. Tiraquel. de constitut. 2. part. ampliatione 12. num. fin. noster Gomezus in l. 45. Tauri, num. 67. & Postius sup. num. 37.

Limita secundò in quasi possessione incorporalium, hæc enim in successione transit sine apprehensione, ut docet Baldus in dist. l. in suis, ff. de liberis & posthumis, & cum eo Pichardus in dist. §. in suis, num. 46. Alias plures limitationes congerit Castillo in dist. l. 45. Tauri, in principio, Villalobos in suo arario communi opinion. lit. P. num. 173. Bernard. Diaz in reg. 56. que per eos videri possunt, & per Joannem Gratian. reg. 22. ubi optimè, & Tufch. lit. P. conclus. 426. & Postium sup. num. 33. Et antequam hinc abeamus notandum est, quod verbum, naturaliter, positum, in dist. l. cum heredes, intelligendum est, id est realiter, & factò mediante, unde factum pro ipso jure naturali, aut propriis pro ipsius effectu accipitur, ut advertit Quesada diversar. quest. juris cap. 2. num. 8. in fine.

Solet in controversiam adduci, an hereditas relicta Monacho acquiratur monasterio, sine additione Monachi, in qua Covarruv. in cap. 1. num. 21. de testamentis, & cum aliis Spino in speculo

speculo testament. gloss. 12. num. 17. affirmativam sententiam probant, & idem facit Cevallos quest. 347. qui duas communes contrarias opiniones adducit Molina de iustit. tom. 1. disp. 140. versic. Non solum bona, &c. Emanuel Rodrig. quest. Regul. tom. 2. quest. 77. art. 1. Postius de manuten. observat. 55. num. 113. & plures referens Thom. Sanch. in summa 2. part. ubi de Religione, lib. 7. cap. 11. ex num. 35. ubi etiam, num. 40. cum multis resolvit integrum esse monasterio adire hereditatem Monacho delatam, quantumvis monachus ignoret, aut contradicat, aut repudiet; atque idè adeundo tunc monasterium succedere secluso substituto, & aliis hereditibus. Et num. 41. asserit quod potest monasterium pœnis compellere monachum, ut adeat ad vitandas lites que ex diversitate opinionum oriri possunt, vide eum quia optimè loquitur, & multa insert ex prædicta resolutione, & Cevallos, quest. 446. & Pichard. in relict. ff. de acquirend. hered. c. 15. num. 50.

Ibi: Ex quo inferitur, &c. Quod in contractibus modo agitur de alienatione unius rei, modo de universali alienatione omnium bonorum, non transferatur dominium sine traditione, vel apprehensione, ut hic resolvitur, late profertur relati per Tiraquel. in tractat. de Constituto, part. 1. & quasi per totum, & omnes Doctores, in l. traditionibus, Cod. de pactis, Socinus regula 13. Cardinalis Tufchus prætic. lit. D. conclusio. 602. latissime Gratianus discept. forens. tom. 2. cap. 310. ex num. 5. Castillo in l. 45. Tauri, verb. Tomado la posesion. Fachinaus controvers. juris, lib. 8. cap. 37. ubi quid in Ecclesia, de quo etiam Joannes Gratianus regula 467. ubi late ampliatur, & limitat regulam quam constituit, nempe quod in Ecclesia transferatur dominium sine traditione, Barbosa in leg. si alienam, ff. soluto matrimonio, numero 97. Gutierrez in §. sui, num. 68. Hermaolla in leg. 7. tit. 4. part. 5. glossa 13. numero 11. & alij plures quos refert Augustinus Barbosa in collectan. in dicta leg. traditionibus, omninò videndus, & præcipue Morla in emporio, 1. part. tit. 9. quest. 5. & noster Gomezus in leg. 40. Tauri, num. 16. & l. 45. num. 4. & leg. 50. num. 27.

Ad numerum secundum, ubi in effectu resolvitur noster Gomezus, quod institutio omnium hominum de mundo licet valeret mero jure in rigore, & substantia, tamen vitatur, & infirmatur propter impossibilem additionem; cum eo transit Osualdus ad Donellum lib. 6. cap. 20. in notatis, lit. A. & præter explicationem quam tradit Emanuel Suarez à Ribeira, hic in additione, liter. B. vide Pichardum, in §. Et unum hominem, Institution. de heredit. instituendis, n. 14.

Número 3. ibi, In quo articulo resolvitur dice, &c. Quod si testator instituat plures heredes, unum simpliciter, & de per se, alios verò collectivè, ut hic resolvitur, quod ille unus habebit dimidiam, alij verò omnes aliam dimidiam, docent Alexander in l. pater filium, §. fin. ff. ad leg. falcidiam, Socinus in l. verum, in fine, 4. de rebus dubiis, Felinus in cap. Capitulum sancta Crucis, numero 1. de rescript. Joannes Crotus, in l. re conjuncti, ff. de legatis 3. Clarus, §. testamentum, quest. 80. num. 7. Mantica, de conject. ultimar. volum. lib. 4. tit. 11. ubi num. 6. limita si adijciatur æquè, vel æquis partibus, tunc enim ex virilibus omnes scripti videntur, & numeris sequentibus alia limitationes adducit, & materiam explicat Menochius, de presump. l. 4. Ant. Gomez Variarum Resol. Tom. I.

presumptio 18. n. 10. 11. & 15. iterum noster Gomezus in l. 8. Tauri, num. 15. & 16. ubi docet non procedere dictam resolutionem, si non instituantur collectivè, sed propriis nominibus, Covarruv. in cap. Raynuius, §. 2. num. 1. & seq. Pichardus in §. si plures, Institut. de hereditibus instituendis, num. 2. & 5. ubi num. 6. ampliatur principalem resolutionem nostri Gomezij, etiam si instituti simul vocati, sint disparis gradus, ex leg. fin. Cod. de impuberum, & aliis, August. Barbosa, in tractat. de ditionibus, usu frequentibus, dictione 397. num. 9. & omnium latissime Fularius de fideicom. quest. 477. ex num. 13. ubi limitat.

Número 4. ibi: primo limitat, &c. Eandem limitationem probat Mantica, ut dictum est, dist. tit. 11. num. 6. Socinus consil. 108. lib. 3. num. 1. Menochius de presump. dist. presump. 18. n. 17. Tiraquel. de retrat. lignag. v. 12. gloss. 6. num. 2. Stephanus Gratianus disceptation. forens. cap. 774. numero 51. Berotius in cap. Raynuius, numero 9. & alij plures quos refert & sequitur Cenedus, singulari 77. num. 2. & Augustinus Barbosa dist. 14. & 15. Pichardus, §. si eadem res, Institut. de legat. num. 36.

Ibi, Secundo limita si in institutione sit positum aliquod verbum distributivum, &c. Adde Jasonem in l. ultim. Cod. de impuberum, & aliis, numero 9. Mantica supra num. etiam 9. Menochium dist. presump. 18. num. 16. Cenedum singulari 27. numero 1. August. Barbosa dist. 324. n. 5. Tufch. lit. D. concl. 269. n. 15. & seq.

Ibi, tertio limita, quando isti heredes vocati, erant nati &c. Adde Jasonem in l. qui filibus, §. si quis ita, ff. de legatis 1. num. 10. iterum nostrum Gomezium, in l. 8. Tauri, num. 15. versic. Quod tamen singulariter intellige, Menochium, dicta presump. 18. n. 23. Raynum consil. 97. n. 1. lib. 2. Cancerium var. 3. part. Adde Jasonem, Ibi: Quarro limita, &c. 20. n. 287.

Curtium Junioem, Decium, & communiter scribentes, in l. fin. Cod. de impuberum, & aliis subst. Menoch. dist. presump. 18. n. 10. & seq.

Ibi: Quinto limita, &c. Quod instituto filio ejusque liberis, non simul, sed post mortem patris admittendi sunt filij, &c. docent contra alios Berotus, in cap. Raynuius, de testamentis, num. 68. Angelus Matheacius lib. 2. de legatis, & fideicommissis, cap. 13. n. 4. Mantica, de conjectur. lib. 4. tit. 9. ubi late probat; & de tacitis, & ambiguis convenit lib. 13. tit. 2. n. 6. Emanuel Suarez in thesaur. recept. verb. heredes plures, Tufchus, prætic. liter. O. concl. 199. num. 35. & seq. & lit. H. concl. 85. num. 13. & conclus. 802. lit. S. num. 34. & seq. ubi nostram quaestionem ponit in materia substitutionis, & plures referens D. Joannes del Castillo, lib. 4. controvers. cap. 5. num. 20. Burgos de Paz, consil. 29. num. 40. & ferè infinitos referens Fular. in tractat. de substitutione fideicommissaria, quest. 476. ubi late declarat per ampliationes, & limitationes, Spino in specul. gloss. 17. principali, n. 43. Menchaca, de successione creatione, §. 20. n. 118. & sequentis, Clarus in §. testamentum, quest. 80. num. 3. Menoch. lib. 4. presump. 18. n. 15. & presump. 70. per totam, latissime explicans, amplians, & limitans, & vide Cancerium, varior. 1. part. c. 1. ex n. 103.

Aliqui tamen ex his, supradictam resolutionem habere negant locum in aliis præter filium, & ejus filios institutos; alij eam extendunt ad fratres, & eorum filios tantum. Alij verò apud Ant. Gomez Variarum Resol. Tom. I. D 2 Fachinum,

Fachinæum, lib. 4. *controverf. cap. 7. & lib. 12. cap. 41. & relati à Menochio, diſt. præſumpt. 70. & Cujacius in l. Gallus, §. quidam reſtè, & Anton. Faber, lib. 9. conjeſt. cap. 12. eam omnino negant, eos vide, & Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 70. num. 20. & ſom. 3. c. 585. & c. 419. n. 19. & Auguſt. Barboſa de diſt. 110. num. 23. & ante omnes Fularium, diſto loco, ubi dictam concluſionem ſolum admittit in deſcendentibus, & non in alijs, cum multis declarationibus, & ampliacionibus. Et an per vulgarem ſubſtitutionem cenſentur vocati liberi, apud citatos videri poterit, & apud Farinac. in oſtava parte, dec. 695. & 344. 2. part. & Tuſchum lit. S. concl. 801. numero 10. & latius, concl. 802. ibidem Molina, de primog. lib. 1. cap. 5. num. 26. Covarruv. in cap. Raynuius §. 2. numero 7. & præſt. quæſt. cap. 38. numero 4. apud quos videri poterit, & apud Fularium ſupr. quæſt. 479.*

Ibi: *Secundò facit text. in l. cum pater, &c. Adde Negufancium de pignoriſ, 2. part. 4. membro, num. 10. Peralta, in l. ſi quis in principio, ff. legat. 3. num. 155. Govcanum lib. 1. lect. 10. cap. 8. in fine, quia primò nominatus, videtur magis dilectus: ut latè exornat Fortuinius, in l. Gallus, §. quidam reſtè, colum. 12. ff. de liberis, & poſthum. Merces de majorat. bus, 1. part. quæſt. 2. num. 41. Caldas, de nominat. emp. quæſt. 10. n. 38. Molina de primog. lib. 2. c. 11. n. 36. latè Menoch. lib. 4. præſumpt. 16. n. 2. & ſeq.*

Ibi. *Item adde, retento eodem propoſito, &c. Idem tenet Emanuel Suarez receptorum, verb. Heredes plures, Tuſchus concl. 199. lit. O. n. 54. & 84. mantica, de conjeſt. ultim. lib. 4. tit. 9. num. 29. Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 80. in fine, Menoch. lib. 4. præſumpt. 70. n. 9. & 10.*

Ibi. *Sextò, & finaliter limita, &c. De hac limitatione, & illationibus quas facit noſter Gomezius, vide Boërium, quæſt. 185. num. 16. mantica, diſt. tit. 11. lib. 4. n. 10. & ſeq. & quaſi per totum, Menoch. diſt. præſumpt. 70. libro 4. numero 35. & per diſcerſum, & Doctores citatos ſupra, in quinta limitatione, qui latè materiam explicant.*

Num. 5. ibi, *item quæro in qua parte teſtamenti ponatur heredis inſtitutio, &c. Et ibi, tamen hodie ſufficit quod ponatur in principio, vel in medio, vel in fine, &c. Adeò teſtamenta debebant incipere ab heredis inſtitutione, ſæcularis antiquiſquis quid quid ſcribebatur ante eum, pro nihilo habebatur, ut conſtat ex l. 1. hic allegata, ff. de herediſ inſtituendis, & notat Mantica, de conjeſt. ultim. volunt. lib. 4. tit. 1. & Doctores infra referendi: hoc tamen poſtea emendatum eſt, ut ait noſter Gomezius, ita ut ſufficiat fieri heredis inſtitutionem in quacumque parte teſtamenti, ut cum pluribus advertit Pichard. in §. ante heredis, Inſtit. de legat. imò abique ea teſtamentum valet novillimo jure, de quo in l. 1. tit. 4. lib. 5. Rec. ubi Matienz. gloſ. 2. n. 1. & ſeq. & gloſ. 14. latè rem explicat, & ibi Azev. n. 86. & ſeq. & iterum ex n. 167. ubi qui in teſtamento in ſcriptis celebrato, & cum Menchaca idem affirmat, nempe non eſſe neceſſariam heredis inſtitutionem, Spino in ſpeculo teſtamentorum, gloſ. 17. principali, num. 13. & 14. & 62. & 63. & ibi num. 1. ſerè inſinitos*

Doctores congerit materiam inſtitutionis explicantes ut facit Caſtillo lib. 4. *controverſiar. cap. 1. num. 3. Pichardus in rubrica, Inſtit. de herediſ inſtituendis, num. 10. & §. ante herediſ, ſupra citato, Padilla in l. eam quam, Cod. de fideicommiſſis, ex num. 69. ubi bene explicat diſt. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. Parladorius lib. 3. quotidian. differ. 148. num. 27. & ſequent. Et hoc aded procedit, ut hodie reſtè in codicillis non requirant confirmationem per aditionem hereditatis ex diſt. l. 1. ut cum crebriori ſententia tenet Cevallos, quæſt. 335. commun. contra communes.*

Ibi: *Quod tamen limita, & intellige præterquam in teſtamento cæci, &c. Et ibi. Sed ego teneo contrarium, &c.*

Eandem ſententiam tenet ipſe Gomezius in l. 3. Tauri num. 51. & 52. & ibi Telles 4. part. num. 24. & 1. part. num. 1. Menchaca lib. 3. illuſtrium c. 103. ex num. 9. Spino, in ſpecul. 7. part. gloſ. rubric. num. 3. ubi dicit jam eſſe correctam formam teſtamenti cæci, per diſt. l. 3. Tauri, Matienz. in l. 2. tit. 4. lib. 5. gloſ. 8. Azevedus ibidem num. 23. & ſeq. Pichard. in §. cæcus autem, Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, qui ferè omnes addunt, cæcum in ſcriptis teſtari non poſſe.

Numero ſexto, ibi, *An ſufficiat declarare nomen in herediſ ſigno indubitabili, & teneo quod ſic, &c.*

Eandem reſolutionem exornat mantica de conjeſt. ultim. volunt. lib. 4. tit. 7. & 8. & melius, & latius, tit. 3. ubi bene declarat materiam Caſtillo in l. 1. Tauri, verb. Por ſu nomine, Peralta, in præſt. ff. de herediſ inſtit. num. 73. & ſeq. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 19. & 25. & quaſi per totam, Petr. Gregor. in ſyntag. lib. 41. cap. 9. n. 7. 9. 10. ſeq. Gutier. lib. 2. præſt. quæſt. 41. num. 3. Gomez, Arias, & Cifuentes, & reliqui in l. 31. Tauri, vide etiam Rodericum Suarez allegaſion. 1. & 2. & ubi Valdeſium, Cancericum, 3. part. cap. 7. n. 240. Matienz. in l. 5. tit. 4. lib. 5. Recopil. gloſ. 7. & ibi Azeved. num. 23. iterum Matienz. in l. 1. tit. 4. gloſ. 16. n. 1. Oſuald. ad Donel. lib. 6. cap. 21. Pichard. in §. ſed cum paulatim, inſtitu. de teſtamentiſ ordinandiſ, num. 40. ibi. Ex qua parte videt, &c. & in §. nominatim, de exhæredatione liberorum, num. 5. & ſeq. nam ut de exhæredatione loquens, ait Theophilus in diſt. §. nominatim, exhæredatus nominatim videtur qui deſignatus ſit ex ſtudijs, arte, ætate, colore, &c. quod item reſtè annotavit Servius ad illud Virgilij lib. 4. *Aneid.*

Hoc illud germana fuit &c. Et an inſtitutio heredis ſolis conjeſturis, & præſumptionibus inducatur, vide infra cap. 5. in aditione ad num. 23. latiffimè Caſtillo, lib. 4. *controverſ. cap. 15. ex num. 62.*

Et ex prædicta reſolutione inferitur primò valere inſtitutionem factam in privata ſchedula, ad quam ſe retulit teſtator in ſuo teſtamento, ſi modo de fidei illius private ſcripturæ ad quod ſe retulit non dubiteret, ut tenent Caſtillo, diſt. l. 31. Tauri, verb. Por ſu nomine, Telus Fernandez in l. 37. Tauri, n. 2. Gutier. diſt. quæſt. 41. lib. 2. num. 4. & 5. Anton. Gabriel. in ſuis communibus tit. de teſtamentiſ concluſ. 11. Burgos de Paz in l. 3. Tauri, 1. part. concluſ. 2. num. 218. & ſeq. ubi etiam ex num. 110. agit de comprobatione

tione dictæ ſchedulæ, de quo etiam Cancericus variar. 1. part. cap. 4. ex numero 5. Matienz. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat. gloſ. 16. num. 13. Pichard. in §. ſed cum paulatim, inſtit. de teſtamentiſ ordinandiſ, num. 46. Molina, de juſticia, tom. 1. diſput. 127. num. 4. Caſtillo, lib. 4. *controverſ. c. 20. ex numero 29. ubi etiam de comprobatione dictæ ſchedulæ.*

Secundò inferitur, quod licet inſtitutionem nutu factam, vel ad interrogationem alterius non valere affirmat Doctores, ut videri poteſt per ſcribentes in l. heredes palam, ff. de herediſ inſtituendis, & alibi ſapè, & per Oſualdum ad Donel. lib. 6. cap. 21. in notatis littera B. & C. & per Tuſcham lit. H. concl. 88. & lit. T. concl. 133. Molina de juſticia tom. 1. diſput. 127. numero 5. & 6. Mantica, de conjeſt. ultim. volunt. lib. 4. tit. 4. num. 6. & ſequent. ubi limita in teſtamento in ſcriptis, in pia cauſa, & inter liberos, ſi pater nomen ſcribat, & tradat notario, quo legente coram teſibus annuat; vide eum ibi, & etiam in lib. 2. tit. 6. num. 9. ſeq. ubi de inſtitutione ad interrogationem alterius, Stephan. Gratian. tom. 5. cap. 843. num. 28. Suar. alleg. 1. & ibi Valdeſ. n. 24. Barboſam in collectan. cap. cum tibi, de teſtamentiſ, num. 4. Scacciam de judicijs, lib. 1. cap. 86. ſub n. 7. Flores de Mena, quæſt. 1. n. 56. & ſeq. ubi n. 47. agit quid ſi teſtator ad interrogationem alterius respondeat, quod ſic; & ait non valere niſi hoc fiat ad interrogationem notarij, ſeu tabellionis, Cancericus, variar. 1. part. cap. 4. num. 84. & 133. Azeved. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. num. 163. Matienz. ibidem gloſ. 6. num. 2. & ſeq. Clar. §. teſtamentum, quæſt. 37. Covarr. cap. cum tibi, de teſtamentiſ, num. 3. noſtrum Gomezium in l. 3. Tauri, n. 110. Craſſ. §. inſtitutio, quæſt. 17. num. 1. Alvarad. de conjeſt. mente deſuncti, l. 3. cap. 2. num. 9. & §. 1. num. 2. & per totum, Menochium conſ. 45. n. 43. lib. 1. & lib. 4. præſumpt. 8. Multi tamen ſunt caſus, in quibus firmitatem habent prædictæ inſtitutiones ad nutum, vel ad interrogationem alterius factæ, ut videri poteſt per ſupradictos, maxime per Menochium, Mantica, Tuſchum, Matienzum, & per D. Joannem del Caſtillo, lib. 4. *controverſ. cap. 27. num. 49. & ſeq. & num. 54. & ſeq. ubi de inſtitutione ad interrogationem alicujus facta, quam multis caſibus firmitatem habere probat: & hoc non alia ratione - niſi quia ſufficit, ut de perſona heredis conſtet quocumque indubitabili ſigno, ut noſter Gomezius reſolvit, hoc num. 6. & ibi num. 81. quod dicta reſolutio etiam hodie procedat de jure Regio.*

Ad numerum 7. ibi: *Sed advertendum quod iſta doctrina, & ſolutio Baldi aperti eſt falſa, &c. Et ibi: Unde ultra Doctores ego dico, &c.*

Reſolutio noſtri Gomezij, hic, præterquam quod receptiſſima eſt, ut advertit Emanuel Suarez in ſuis annotationibus hoc loco, lit. F. addendum tamen illi eſt tanquam magis certum, quod expreſſio nominis in inſtitutione hæreſis non requiritur pro forma, ſed ob illum tantum finem ut conſtet quis hæres ſit inſtitutus, & gratia demonſtrationis, ut optime probat Pichard. in repetitione l. Gallus, ff. de liberis & poſthumis, in præſt. diſt. 3. ex num. 30. addens inſuper, quod eſt pro forma requiritur expreſſio nominis heredis, adhuc ſufficeret per æqui pollens impleti, ex doctrina Decij in l. ſi mater, C. de inſtitutionibus, num. 2. & Pauli Patij, conſ. 9. n. 15. lib. 3. circa quod vide etiam P hilippum

Portium in concluſ. ſeu reg. 10. verſ. Sed ego, &c. & multos referentem Matienzum ſup. l. 1. tit. 4. gl. 16. num. 7. & Azevedum in l. 5. tit. 4. lib. 5. ex num. 20.

Ibi. *Et iſtud eſt notabile pro declaratione, l. 31. Tauri, &c.*

Eandem ſententiam cum noſtro Gomezio tenent Caſtillo, Cifuentes, Gomez, Arias & Telus Fernandez in eadem l. 31. Matienz. l. 5. tit. 4. lib. 5. recopilat. gloſ. 7. Azeved. eodem loco, n. 20. & ſeq. qui licet prius dubitet, & non reſtè poſtea tamen tenendam in præctica affirmat, & Gutier. lib. 2. q. 41. per totam.

Ad numerum 8. ibi. *An hæres poſſit inſtitui ex l. 4. certo die, &c.*

Hæredem ex certo die vel tempore, vel uſque ad certum diem, & tempus inſtitui non poſſe notum eſt in jure; imò quod die ſublato de medio, remanet inſtitutio pura ex juriſub adductis per noſtrum Gomezium, & per Mantica de conjeſt. ultim. volunt. lib. 4. tit. 6. ubi cum Baldo reſolvit, quod ſi unus inſtituitur uſque ad quinquennium, & alius poſt quinquennium, ſecunda inſtitutio trahitur ad fideicommiſſum, ut voluntas teſtatoris ſervetur; quæ reſtè in hoc caſu poteſt ſervari abique dicta prohibitione juris, Oſuald. ad Donel. lib. 6. cap. 18. ubi reſtè, & breviter, ut ſolet, congerit rationes dictæ reſolutionis ex Antonio Febro, Cajacio, & Connano, Suarez receptorum, verbo, Hæres ex tempore, Menoch. de adipiſcend. remed. 14. ex num. 49. ubi reſolvit, quod hæredi ex certo die dabitur ſtatim poſſeſſio, ex l. finali, Cod. de edito divi Adriani to lendo, & de præſumpt. lib. 4. præſ. 141. n. 4. & 21. Fach. lib. 5. *controverſ. cap. 17. Tuſchus concl. 84. lit. H. num. 44. & ſequentibus, Rota apud Farinac. 2. part. deciſione 84. ubi agit de hærede inſtituto pro toto tempore vitæ ſuæ, & quod debeat reſtituere poſt mortem per fideicommiſſum venienti ab interſtato. Pichard. in §. hæres, & pure, Inſtit. de herediſ inſtituendis, per totum, ubi rem optime explicat: & n. 13. limita dictam reſolutionem in appoſitione certæ diei expreſſæ, ſecus ſi tacita & ſubintelle. Et ijle m. Cujacius lib. 3. ob errorem cap. 3. quem vide, & etiam Fularium de fideicommiſſ. q. 77. n. 44. & ſeq. uſque ad num. 55. & q. 476. n. 50. Ceval. quæſt. 472. ubi de inſtitutione ſpurij in tempus quo fuerit legitimatus.*

Numero 9. ibi. *Tertia eſt opinio quod primus hæres inſtitutus uſque ad certum tempus, ſi hæres pleno jure, & univerſaliter uſque ad illud tempus, & poſtea teneatur per fideicommiſſum reſtituere totam hæreditatem ſecundo, &c.*

Eandem opinionem in terminis tenent Menochius dicto remedio, 4. de adipiſcend. num. 155. Mantica de conjeſt. ultim. volunt. lib. 4. tit. 6. n. 3. & lib. 8. tit. 1. Gregorius Lopez in l. 15. tit. 3. part. tit. 6. verb. Faſta tal dia, & reliqui citati num. antecedenti, & latè Fularius de fidei. om. 16 miſſis, quæſt. 277. ex n. 44. ubi declarat.

Ad numerum 10. ibi. *Adde tamen quod hoc caſus, &c.*

Inſtituto hærede uſque ad certum tempus, & quod ulterius non poſſit eſſe hæres, quod hæc diſpoſitio reſolvatur in fideicommiſſum, ut docet noſter Gomezius tenent Paulus Caſtrenſis, conſ. 241. lib. 2. & conſ. 276. cum quo tranſit Cardinalis Tuſchus diſt. concluſ. 84. lit. H. num. 49. & Gregorius Lopez diſt. l. 15. tit. 3. part. 6. gloſ. Faſta tal dia, circa finem, Mantica de conjeſt. lib. 4. tit. 4. num. 12. Menochius de præſumpt. præſumpt. 141.

sumpt. 141. lib. 4. ubi late per totam, & omnes citati duobus numeris antecedentibus, quia totum hoc ex eodem fonte procedit. Caneer. 1. par. c. 1. n. 109. ubi de herede instituto donec exierit.

17 Ad numerum 11. heredem institui posse ex die, vel tempore incerto, an & quando, vel quando, eo modo quo explicat noster Gomezius, tenent Paulus Caltrensis, conf. 225. in principio, lib. 2. Cardinalis Tusch. lit. H. concl. 85. Ofwald. ad Donel. lib. 6. cap. 18. tit. A. Mantica de coniect. ultim. volunt. lib. 4. tit. 5. artic. 5. num. 2. ubi disputat illam questionem, quando testator uxori legavit usufructum omnium bonorum, & post ejus mortem, heredem instituit hospitale, vel Ecclesiam, & concludit contra Bartolum quod statim Ecclesia admittatur ad hereditatem, cum Ecclesia non possit deficere, & sic talis institutio non potest intelligi conditionalis, Pichard. in §. haeres, & pure, num. 11. & 19. Instit. de heredibus instituendis, Castill. lib. 4. contro. cap. 36. ex numero 69. Ubi cum multis declarat quando dies incertus faciat conditionem, vide etiam, l. 15. tit. 3. part. 6. & ibi Gregorium.

Ibi: Secus tamen, si esset institutus ex die, vel tempore mortis ipsius heredis, &c.

Quia tempus subducitur de medio, & remanet institutio pura; idem tenet Suarez in thesauro receptiarum, verb. Heres ex tempore Pichardus in dict. §. haeres, & pure, num. 20. 21. & 24. vide tamen text. in dict. l. 15. t. 3. par. 6. & ibi Gregorium, ubi in gloss. verb. El dia que el mesmo muriere, affirmat quod dicta l. ex parte videtur sequi opinionem Azonis relaram per glossam in l. extraneorum, C. de heredibus instituendis.

18 Ad numerum 12. ibi: An haeres possit, &c. De institutione heredis sub conditione facta agit hic noster Gomezius, quae materia est amplissima, ferè infinitas continens quæstiones & difficultates, & de ea videri poterunt præter Scribentes in locis ordinariis, Mantica ultimar. voluntar. lib. 10. tit. 5. ubi de definitione, & divisione conditionum, & quando intelligatur modus, quando conditio, & titulus sequentibus ejus libri, & per totum librum undecimum, Gratianus disceptat. tom. 3. cap. 540. n. 34. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 175. & sequentibus, usque ad 187. Cardinalis Tuschus lit. H. concl. 83. & 84. & lit. C. conclus. 178. & multis sequentibus, Spino in specul. testament. gloss. 14. principalis per totam, ubi num. 3. ferè infinitos Doctores congerit hanc materiam tractantes, Pichardus in §. haeres, & pure, & in §. impossibilis, & §. si plures, Instit. de heredibus instituendis. & omnium latissime Castillo lib. 4. contro. cap. 25. ubi de omni conditione, & quando pro impleta habeatur, & quando datur in conditione progressus de casu ad casum, vel possit impleri per æquipollens, & alia, idem Castillo c. 15. & Fufar. de fideicom. quæst. 454. latissime, & de spurio instituto sub conditione si fuerit legitimatus, Cevallos quæst. 472.

Eodem num. 12. ibi: Haeres extraneus potest institui sub qualibet conditione, &c.

Adde quid autem erit in filio? vide l. 11. tit. 4. p. 6. & Molinam de primog. lib. 2. c. 1. num. 30. & sequent. & quæ dicuntur infra, cap. 11. num. 29. ubi est proprius locus hujus materiae, & cap. 3. n. 17. & 18.

Ibi: Imo talis haeres potest institui sub una, & sub pluribus conditionibus, &c.

Adde text. in l. hæc scriptura 26. ff. de condi-

tionibus, & demonstrationibus, & l. 13. tit. 4. p. 6. ubi Gregorius gloss. 1. limitat quando plures conditiones etiam copulativè positæ tenderent ad junctum finem, & qualibet etiam impleta verificaretur quod ex earum impleto prætenderet restator, quia tunc sufficit, cojunctæ earum impleto, ut consuluit Alexander, consil. 100. lib. 4. vide etiam Surdum dec. 228. n. 4. Pichard. in relect. ad titulum, ff. de vulgari, & pupillari substitutione, c. 19. n. 27. & late Fufar. de fideicommiss. g. 454. ex num. 2.

Ibi: Unum tamen est, &c. Quod haeres institutus in aliqua parte purè, & in alia sub conditione, ut hic resolvitur, si adeat ex parte pura, statim efficiatur haeres in toto, certum est, de quo, & de intellectu text. in l. qui ex duobus, ff. de acquir. hereditat. ubi contrarium colligi videbatur, & quid coherere vel substituto datur, agit latissime Cardoso de jure accrescendi, illat. 25. ex n. 40. Padilla in l. eam quam, Cod. de fideicom. num. 94. Alvarado de coniecturata mente defuncti, c. 4. lib. 1. n. 5. Gratianus in regula 281. latissime Rota apud Farinac. 2. part. decis. 162. Suarez in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni, q. 7. num. 2. & seq. Caneerius var. 1. p. c. 1. ex n. 7. ubi etiam de substitutione in re certa, & 3. p. c. 20. n. 369. ubi de instituto de usufructu, Pichard. in §. hereditas 8. Inst. de hered. instituendis, n. 10. & seq. Ceval. q. 114. num. 2. & seq. & quæst. 738. Molin. de justit. tom. 1. disp. 155. ubi etiam agit de verbis directis & obliquis, & an habeat locum jus accrescendi in hoc casu, & quid in testamento militis, & ibi, num. 25. asserit quod quando haeres incapax est totius hereditatis, licet testator institueret illum in bonis quorum est capax, & in reliquis decedere intestatus, ex text. in leg. 1. C. de secundis nuptiis, Castillo lib. 3. contro. c. 17. Fularius de substit. q. 261. n. 1. & quæst. 341. num. 2. & 12. & quasi per totam, Salgado in labyrintho. 1. part. c. 2. §. unico numero 7. ubi apud quos omnes quæstiones in hac materia videri poterunt, & vide infra cap. 10. num. 11. ubi an hoc corrigatur ex l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop.

Ibi: Quod tamen intellige præterquam si in parte conditionalis datus sit substitutus vulgari, &c.

Adde, quia exprella testatoris voluntas prævalere debet, ut ait Duarenus lib. 2. de accrescendi, cap. 16. Mench. lib. 21. de successione progressu, in præfat.

Ad numerum 13. & 14. cum nostro Gomezio hic, quod scilicet pendente conditione haeres possit agnoscere possessionem secundum Tabulas, de jure prætorio, transit Emanuel Suarez in thesauro receptiar. verb. Heredi cunctumque, &c. Donellus lib. 7. c. 14. & ejus enucleator Ostualdus lit. L. & agens de remedio possessorio ex l. final. de edito divi Adriani, idem concludit Menochius de adipiscenda poss. remed. 4. n. 310. Gregorius Lopez in l. 2. tit. 14. par. 6. gloss. El heredero versic. Quid autem si sub conditione, Grassus in §. honorum possessio, quæst. 5. num. 7. & optime Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 3. c. 540. ex num. 27. & vide etiam Salgadam in labyrintho. 1. part. c. 2. §. unico numero 7. ubi quod pendente conditione non adit.

Ad numerum 15. ibi: Sed ista opinio, & declaratio Bartoli est falsa, &c. Datis duobus heredibus, uno purè, & altero sub conditione, purè institutum interim totam hereditatem tanquam heredem habere, ut noster docet Gomez. probant Cardinalis Tusch. l. H. concl. 84. n. 52. ubi transit cum Glossa, in l. 2. ff. si pars hereditatis pertinetur, quæ distinguit, & vide Rotam apud Farinac. 2. part. decis. 75. n. 11. ubi sequitur Gomezium. Hodie tamen in hoc regno debemus sequi dispositionem, l. 12. tit. 4. p. 6. quam vide.

Ibi: Confirmatur etiam, quia regula, quæ habet, &c. Quod semel haeres non potest desinere esse haeres: vide latissime de hoc Cardinale Tuschum litera H. conclusione 46. ubi declarat, ampliat, & limitat Cevallos, q. 765. n. 2. tom. 3. Rota apud Farinac. dict. 2. par. dec. 84. n. 4. & in d. decis. 75. num. 11. ubi dicitur quod ex causa de præterito, semel haeres potest desinere esse talis. Pichard. in §. restituta, Instit. de fideicommiss. hereditat. n. 4. §. 42. bene explicat, & in §. haeres & pure, de hered. instituendis, n. 1. c. Salgado, in labyrintho. 3. p. c. 13. n. 10.

Ad numerum 16. Ibi: Si haeres instituat in re certa, &c. Haeres in re certa, nullo coherede dato, habetur pro herede universali, si autem habeat coheredem generaliter vel simpliciter institutum, talis institutus in re certa habetur pro legatario, ita resolvit hic noster Gomezius, & probant latissime materiam explicantes, Tiraquel.

Tiraquel. in tractat. de mort. 2. part. declaratio. 4. Menoch. lib. 4. præf. 20. ex num. 2. & præsumpt. 141. n. 3. & per totam, ubi late disputat quid consequatur uxori usufructu ei relicto per maritum, alio herede non instituto, & latius D. Joann. del Castillo in tractatu de usufructu, cap. 8. idem Menoch. de adipiscenda, remed. 4. num. 116. & seq. ubi late agit an remedium l. final. C. de edito divi Adriani tollendo, habeat locum in herede instituto in re certa: de quo etiam vide infra, cap. 10. num. 15. Mantica, de coniect. ultimar. volunt. l. 4. tit. 5. artic. 7. num. 1. & seq. Cardinalis Tuschus lit. H. concl. 89. & lit. I. concl. 228. Duarenus in titul. de heredib. instituendis, cap. 3. Covarruv. in cap. Reynutius, §. 1. n. 9. §. 10. Fachineus lib. 4. conrovers. cap. 15. & sequent. Tiraq. de primog. quæst. 24. Gregorius Lopez in l. 14. tit. 3. part. 6. ubi optime declarat, Cardoso de jure accrescendi, illat. 25. ex n. 40. Padilla in l. eam quam, Cod. de fideicom. num. 94. Alvarado de coniecturata mente defuncti, c. 4. lib. 1. n. 5. Gratianus in regula 281. latissime Rota apud Farinac. 2. part. decis. 162. Suarez in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni, q. 7. num. 2. & seq. Caneerius var. 1. p. c. 1. ex n. 7. ubi etiam de substitutione in re certa, & 3. p. c. 20. n. 369. ubi de instituto de usufructu, Pichard. in §. hereditas 8. Inst. de hered. instituendis, n. 10. & seq. Ceval. q. 114. num. 2. & seq. & quæst. 738. Molin. de justit. tom. 1. disp. 155. ubi etiam agit de verbis directis & obliquis, & an habeat locum jus accrescendi in hoc casu, & quid in testamento militis, & ibi, num. 25. asserit quod quando haeres incapax est totius hereditatis, licet testator institueret illum in bonis quorum est capax, & in reliquis decedere intestatus, ex text. in leg. 1. C. de secundis nuptiis, Castillo lib. 3. contro. c. 17. Fularius de substit. q. 261. n. 1. & quæst. 341. num. 2. & 12. & quasi per totam, Salgado in labyrintho. 1. part. c. 2. §. unico, apud quos omnes quæstiones in hac materia videri poterunt, & vide infra cap. 10. num. 11. ubi an hoc corrigatur ex l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop.

23 Adeo autem supradicta resolutio procedit, ut cætera bona non jure accrescendi, ut putatur Donellus lib. 7. capit. 12. in principio, & Menochius dicto remedio 4. loco allegato, sed ex vi ipsius institutionis extensa veniant ad heredem in re certa institutum, ut rectè adnotavit noster Gomezius infra cap. 10. numero 9. Crallus receptar. sentent. §. institutio, quæstion. 22. Covarruv. cap. Reynutius, dicto §. 1. numero 9. Malfardus de probationibus conclusio. 929. n. 15. & alij plures ex supra relatis, & optime Pichard. in §. hereditas, instit. de heredibus instituendis.

24 Supradicta resolutio solet limitari in filio instituto in re certa, dato coherede universali, hic enim filius, licet in re certa, etiam aliena, institutus, non pro legatario, sed pro herede reputandus est, ne corrumpat testamentum patris, ob præteritionem filij, ut ex doctrina Benedicti, in cap. Reynutius, verb. In eodem testamento, el primero, num. 225. Baldo, & aliis resolvit Rota apud Farinacium, 1. part. decis. 337. Menochius lib. 4. præsumpt. 20. ex n. 5. Quæ limitatio etiam hodie potest procedere, non obstant leg. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilacionis, ex qua solum probatur, quod si pater in suo testamento filium prætereat non instituendo alium heredem, testamentum valebit, nec competet jus dice ndi

nullum, & filius ipse censetur vocatus, & institutus, si verò filium prætereat, & alium extraneum heredem instituat, testamentum erit nullum, & hoc casu procedit supradicta limitatio, ut filius censetur haeres, & non legatarius, & agat ad supplementum, Advertendum tamen est, quod hoc ultimo casu locum habebit dispositio textus, in Auhient. ex causa, Cod. de liberis præteritis, & exheredatis, prout dicta explicatio, probatur à Matienzo in dict. lib. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilacion. gloss. 10. num. 49. & à Pichard. in §. igitur quarantiam, Instit. de inofficioso testamento, & aliis. Quamvis contradicat Joan. Valdesius in additionibus ad Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliat. 1. num. 8.

Ad supradictam resolutionem etiam pertinet, 25 quod filius institutus in re certa, non legatarius, sed haeres sit censendus, cum legitimo titulo institutionis debeat relinquere, & non legatarius, ut probant Clarus, §. testamentum, quæst. 38. Menchaca de success. creatione, §. 21. ex num. 68. Spino in speculo testament. gloss. 17. principalis ex n. 15. Molina de primog. lib. 2. cap. 15. num. 14. & seq. ubi asserit hoc etiam procedere, nec innovatum esse per leg. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilacionis, Andreas Fachineus lib. 12. conrovers. cap. 4. & lib. 4. cap. 30. ubi idem affirmat in legitima parentum (de quo Valdesius ad Suarez in l. quoniam, ampliatione 16.) Matienzo latissime in l. 1. dict. tit. 4. lib. 5. gloss. 10. ex num. 70. ubi quid de jure pontificio, & septem partitatum, & numero 62. probat quod etiam si testator dicat, quod relinquit filio legitimam, dummodo non dicat in re certa, intelligitur per modum institutionis: & ibi ex num. 61. ponit duas limitationes, quibus ait comprehendi omnes ferè casus qui in hoc regno contingere possunt, ut in eis sufficiat legitimam relinquere quocumque titulo, Cevallos, quæst. 23. & 507. & 761. & 776. & quæst. 711. num. 5. & plures referens Castillo lib. 4. conroversiarum, cap. 20. num. 23. ubi ait quod potest duobus testibus probari quod relictum filio simpliciter, fuerit relictum titulo institutionis: ex quibus dicendum est, quod si filius instituat in re certa, etiam dato coherede universali, filius non intelligitur legatarius, sed haeres institutus. Et etiam quod si pater utatur verbo, Relinquo, dummodo illum non applicet rei certæ; intelligitur per modum institutionis. Et circa prædictam questionem principalem, an legitima titulo institutionis sit relinquenda, vide etiam præter supra allegatos, Petrum Gregorium in Synagoga. lib. 4. cap. 2. ex numero 8. Parladorium differentia 148. ex n. 24. & Cardinalem Tuschum, littera L. conclus. 198. & Joannem Gratianum regul. 199. numero 14. & Caneerium variarum, 1. parte, cap. 3. n. 14. & Pichardum in leg. Gallus, in præludis, cap. 2. num. 74. & in rubrica, Instit. de vulgari substitut. num. 54. & in §. igitur quarantiam, Instit. de inofficioso, ex numero 19. & Merl. de legit. lib. 5. tit. 1. per totum, ubi omnes difficultates resolvit.

Ad effectum autem ut quis dicatur habere coheredem universalem, sufficit adesse spem quod quis ex testamento hereditatem adire quandoque poterit, ut cum Alexandro, & aliis resolvit Rota apud Farinacium, dict. decis. 162. 2. part. num. 44.

Quid erit autem, si instituto in re certa apponatur clausula, quod plus petere non valeat? Vide apud relatores, & maxime Benedictum in cap.

cap. Raynuius, 1. part. numero 272. Clarum, in §. testamentum, quæst. 74. Mauticam lib. 4. titul. 12. num. 7. & latius Andream Fachineum l. 4. controvers. cap. 15. Burgos de Paz. l. 3. Tauri, numero 863. Matienzo in dict. l. 1. titul. 4. lib. 5. gloss. 10. numero 48. Molinam de iustit. tom. 1. disputatione 155. ex num. 16. ubi varias opiniones refert, & quid in foro conscientie dicendum: mihi sanè probabilius videtur opinio asserens, quod non obstant prohibitione testatoris, talis hæres omnia bona consequetur, ut optimè probat Pichard. supra & in relection. ad titul. ff. de acquir. hered. c. 3. n. 30. De tota hac materia hæres instituti in re certa, videnda sunt quæ nosfer Gomezus docet infra, c. 10. num. 8. & seqq. ubi etiam alia adijciemus.

Ibi: Quod singulariter intellige, &c.

27 Eandem limitationem nempe hæredem institutum in re certa ita esse loco hæredis universalis, si per verbum directum sit relictus, secus si verbo obliquo, Relinquo, Lego, &c. tenent multi Doctores, ut videri potest per Suarez in leg. quoniam in prioribus, quæst. 7. in declaratione legis Regni, numero 2. ubi ejus Additionator Joannes Valdefus concludit, quod verbum, Relinquo, adjectum hereditati, significat institutionem, adjectum verò rei particulari, significat prælegatum, ad hoc multos referens, & Menochius, consilio 344. numero 55. & de præsumptionibus, præsumpt. 141. numero 14. lib. 4. Valacios, consultatore 165. numero 4. Clarus, §. testamentum, quæst. 38. numero 10. Tufchus litera, D. conclus. 362. Gregorius in leg. 6. titul. 3. partia 6. gloss. 9. Alvarado de conjecturata mente defuncti, lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 5. & 6. Spino in speculo testament. gloss. 17. principalis, num. 37. & 8. qui contra Abbatem ampliat, etiam si verbum, Relinquo, referatur ad filium, quod sic docent Costa, Covarruvias, Benedictus, & Suarez ab eo relati; Matienzo in l. 1. dict. tit. 4. lib. 5. gloss. 10. num. 62. vide etiam Augustinum Barbofam, in tract. de diction. verb. Relinquo, & in tract. de clausulis, clausula 95. num. 33. ubi quod importat institutionem si adijciatur clausula, meliori modo &c. Et vide etiam Merlinum de legitima, l. 5. tit. 2. q. 2. n. 7.

28 Solet præterea controversi an verbum, Lego, adjectum universitati bonorum inducat institutionem? In qua questione aliqui tenebantur induci institutionem prout sunt Guilielmus Benedictus in cap. Raynuius, verb. Relinquit, numero 3. Gregorius Lopez in leg. 14. titul. 3. part. 6. verb. Todos los bienes, Cevallos quæst. 214. num. 3. qui latè disputat: Fularius de subtit. tit. de Compend. quæst. 247. Alij verò contrariam sententiam probantur, ut sunt Covarruv. in d. cap. Raynuius. §. 1. n. 5. & cum & alios referens Spino in specul. dict. gloss. 17. n. 39. & 49. ubi respondet ad textum in cap. Raynald. de testamen. Matienzo in lib. 1. dict. tit. 4. lib. 5. gloss. 14. num. 85. & 86. Azeved. ibid. num. 167. Et quod hoc verbum adjectum hereditati, importet fideicommissum universale, sive alius sit hæres institutus, sive non, cum sit verbum obliquum, tenet Grassus de success. §. institutio, quæst. 15. n. 2. & seqq. & Spino ubi supra, & alij per eum relati.

Quid autem si testator usus est verbo obliquo, vel communi, juncto verbo directo, ut si dixit: Jure institutionis relinquo, vel lego centum, Vide Menochium de præsumpt. præsumpt. 20. numero 6. lib. 4.

Quando autem per verbum Relinquo, vel aliud obliquum relinquuntur certa res, venientes ab intestato habebunt reliqua bona, ex leg. 1. titul. 4. lib. 5. Recopilat. supra allegata, non dato alio hærede universali in testamento, Cancercius variarum 3. part. cap. 20. n. 280.

Ibi, Hujus ratio potest esse, &c.

Elegans & pulchra est additio Suarez hinc litera, H. & præter allegatos ab eo circa concursum possibilem in jure duarum vel plurium specialitatum, vide Barbofam in l. 1. ff. soluto Matrimonio, 3. part. num. 47. qui alios congerit, & agit de intellectu, l. 1. Cod. de promissione dotis, Pichardum in §. illis autem temporibus, Instituit. de militari testam. num. 11. ubi multis juribus comprobatur, & in §. si scriptum. Instituit. de inutilibus stipulationibus, num. 21. ubi ex num. 14. agit de intellectu dictæ legis 1. Cod. de promissione dotis. Et quod in omnium opinione plures specialitates admittantur quando procedatur à diversis fontibus, ipse Barbola antea dixerat, 2. part. dictæ legis 1. soluto Matrimonio, num. 2. vel quando unum provenit in consequentiam alterius, docet ibidem dict. 3. parte, numero 46. & in leg. si alienam, ibid. num. 89. & 94. Tufchus litera, S. conclus. 360. & novissimè Angulinus Barbola in tractatu de axiomatibus, axiomate 211. negati tamen non potest communem esse opinionem quam nosfer Gomezus asserit hic, ut videri potest per dominum Joannem del Castilloy in tract. de usufructu, cap. 40. num. 36. Gutierrez de juramento confirmati. cap. 64. num. 12. & seqq. ubi latissimè agit de intellectu dict. leg. 1. & Andreas Fachineus contr. jur. c. 57.



CAPUT III.

De substitutione vulgari.

SUMMARIUM.

- 1 Substitutio vulgari est secunda directa institutio, & dicitur simplex, licet alia qualibet possit dici duplex.
- 2 Substitutio vulgari dicitur facta in primum casum, alia in secundum casum, & qua ratione id fiat.
- 3 Substitutio vulgari potest fieri heredi instituto, & etiam legitimo successori ab intestato.
- 4 An per hæc verba: Titium instituo, & Scium substituo, indicatur vulgari, pupillari, an fideicommissaria substitutio.
- 5 Quid per hæc verba: Instituo Titium heredem, & si voluerit esse heres, restituit hereditatem Scio.
- 6 Si testator dixerit: Instituo Titium heredem, & heres non fuerit, substituo sibi Scium: an erit vulgari.
- 7 Si in uno eodem testamento quis sit substitutus vulgari, & per fideicommissum, qua substitutio valeat.
- 8 Si concurrant substitutio vulgari, & fideicommissaria, quis præferatur.
- 9 Si quis instituat Titium heredem, & Caium substituat in hæc verba: Substitutio mihi & sibi, an erit vulgari, vel fideicommissum, vel utraque.
- 10 Casus voluntatis, an comprehendat casum impotentie, & e contra.

- 1 In substitutione pupillari constituta, an continetur vulgari.
- 2 Substitutio, qua comprehenditur sub compendiosa, vel breviloqua, est expressa.
- 3 Sub expressa pupillari comprehenditur tacita vulgari.
- 4 Substitutio vulgari quos effectus habeat.
- 5 An substitutio vulgari, facta à patre filio retento in potestate, tollat suavitatem.
- 6 Intelligitur textus in l. filius qui se paterna, ff. acquirend. hered.
- 7 Substitutio vulgari an possit fieri in legitima.
- 8 Substitutio vulgari licet non teneatur in legitima, fieri tamen potest in aliis bonis, qua filio ultra legitimam relinquuntur.
- 9 Filius potest esse pro parte suus, & pro parte extraneus, & qualiter hoc intelligatur.
- 10 Filius suus hæres patris, an possit usucapere pro herede.
- 11 Filius familiaris, an possit emancipari ad unicum dumtaxat alium.
- 12 Substitutio vulgari, seu pupillari, an possit fieri in melioratione, qua fit filio in tertio bonorum.
- 13 An postus in condicione substitutionis, censetur tacite institutus.
- 14 Substitutio vulgari facta in testamento nullo, ex causa præteritionis filii, an sustineatur dispositione textus in auth. ex ea, Cod. de lib. præter. vel ex hære.
- 15 Jus transmissionis ex capite juris deliberandi, vel sanguinis, an sit potentius jure substitutionis vulgari.
- 16 Jus accrescendi an sit potentius jure substitutionis vulgari vel e contra.
- 17 Si ille, qui vult succedere per jus accrescendi, sit persona valde conjuncta testatori, an præferatur substituto.
- 18 Ponitur intellectus ad l. fin. C. de institut. & substitut. sub condit. factis.
- 19 Jus substitutionis vulgari, an transeat ad heredem.
- 20 Substitutio vulgari tacita, contenta in expressa pupillari an adveniente pubertate, expiret.
- 21 An in substitutione pupillari expressa, & in valida continetur tacita vulgari.
- 22 Ponitur intellectus ad legem si mater, ff. de vulg. & pupil. substit.
- 23 Substitutio vulgari, an expiret per aditionem hereditatis.
- 24 An ille, qui potest venire ex pluribus substitutionibus, possit unam eligere, & aliam reservare.
- 25 An si testator dedit substitutum vulgarem pluribus heredibus uno eorum repudiante, ad ejus partem admittatur substitutus, an verò alij cohæredet.

ET quia supra visum est de institutione universalis, sequitur videre de substitutione, & ejus virtute, & effectu. Quæ est alta, subtilis, & quotidianæ materia. Et inter omnes alias obtinet primatum, secundum omnes Doctores hic, præcipuè Alberic. in nostra rubrica, 2. col. qui dicit, quod est sicut mare Anglicanum, scilicet profunda & necessaria. Et refert Alexand. & Socin. in rubr. hujus tit. post Cumanum dixisse Bald. in voce, quod in hac materia lucratus fuit plusquam quindecim millia ducatorum, quam singulariter, & magistraliter resolvam tam de jure communi, quam regio. Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. I.

Pro cujus perfecta introductione, & declaratione, dico, quod in jure nostro reperitur sex b principales substitutiones: vulgari, pupillari, fideicommissaria, exemplaris, compendiosa, & breviloqua. De quibus particulariter, & per ordinem videamus. Vulgari substitutio, dicitur secunda institutio, quæ à quolibet testato, & cuilibet heredi fieri potest & est facilis, in ejus forma & conceptione, & nullam habet specialitatem, & fit per ista verba: Si Titius instit. non fuerit, sit heres Scius: textus est in ista l. 1. de vulgari. & pupill. & ibi Bart. & communiter Doctores. Et talis substitutio, dicitur simplex, licet alia qualibet possit dici duplex, & sub se aliam continere, textus est in ista l. 1. ibi: Simplex est veluti: Lucius heres esto, si mihi Lucius heres non erit, tunc Scius heres mihi esto. Nec obstat, quod etiam substitutio vulgari possit dici duplex, quia aliquando continet tacitam pupillarem; quia respondeo quod dicitur simplex, quando fit extraneo, vel adulto, secus si pupillo in potestate; quia tunc continet pupillarem: ita tenet & declarat Barolus in ista secunda column. tertia appositione, post Dinum & antiquos.

Item dicitur facta in primum casum & pupillari verò, vel alia, dicitur facta in secundum casum textus est in l. precibus, Cod. de impub. & aliis substitut. ubi, utrumve in primum casum, an in secundo: cujus ratio pulchra & subtilis est, quia secundum Philosophos, & naturales, de non esse pervenitur ad esse, & cum substitutio vulgari fiat & concipiatur per ista verba (si non fuerit heres) primus casus, & eventus, qui potest aperire viam substituto, & in quo potest substitutio verificari, est ille actus negativus (si non fuerit heres) & non alius, unde dicitur facta in primum casum: Pupillari verò, vel alia fit, & concipitur in casu affirmativo, & essentiali, quo aliquid fit, puta, si fuerit heres, & postea decedat, &c. qui quidem actus requirit ad essentialiam, & validitatem ejus, quod additio hereditatis & mors ponatur in esse, & verificetur: idem dicitur facta in secundum casum ut subtiliter declarat Bald. in d. l. precibus 1. col. num. 3. post Oldrad. quem refert, & allegat.

Item adde, quod substitutio vulgari potest fieri heredi instituto, & etiam legitimo successori ab intestato, textus est in l. si quis ita heres instituat, ff. de hered. instit. cujus verba sunt: Si quis ita heres instituat, si legitimus heres vendicare noluit hereditatem meam, puto deficere conditionem testamenti, illo vendicante, & ibi notat & commendat Bart. Albericus, Baldus, de Castro, & reputat singularem Imol. & Cumanus: ex quo inferunt, quod licet causa testati præferatur causæ intestati; ut in l. quando in l. 2. ff. de acquirend. hered. & in l. antequam Cod. communi. de success. & in l. 1. Cod. unde liber. & in l. quamvis, ff. de reg. jur. tamen ex voluntate defuncti, causæ intestati bene præferitur: concurrere tamen non possit causa testati, & causæ intestati, ut si quis instituat Titium in dimidia parte hereditatis, & in alia dimidia velit ab intestato: quia repugnat juris dispositio, ut in l. regula jus nostrum, ff. de regul. jur. nemo potest facere, quod leges non habeant locum in suo testamento, ut in l. nemo potest de reg. & in expresso ita tenet Dicus, Bald. & Joan. de Imol. in d. l. si quis ita heres instituat, §. si legitimus, ff. de hered. instit. facit etiam

Vulgaris substitutio quid sit

Substitutio pupillaris

Substitutio pupillaris